

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 2938

**Auteur(s) :** Rouen (bailli)

**Bénéficiaire(s) :** Nicolas Malesmains [chevalier]

**Genre d'acte :** vidimus

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1281, septembre

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le roi Philippe le Hardi ayant conclu un échange avec Nicolas Malesmains, chevalier, déclare que les biens cédés à celui-ci dans la vicomté d'Auge seront tenus de Robert Bertran, chevalier (vidimus du bailli de Rouen).

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, Bricquebec, n° 49, p. 235-238.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis Ballivus rothomagensis, salutem. Noveritis me litteras domini regis vidisse in hec verba : Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos tradidimus et concessimus per excambium dilecto et fideli nostro Nicholai dicto Malesmains, militi, quadraginta sex libras, duos solidos et quinque denarios turonensium redditus annualis assessos inter terram que fait Ernaudi de Bosco in parochia de Boscogiet, de Hanguemare, et de Gonnerville, videlicet : tres denarios annui redditus, quadraginta novem solidos et sex denarios in feodatore Roberti le Flament, septem libras et duos solidos redditus in frumento, tresdecim sextarios et unum quarterium pro sex libris duodecim solidis sex denariis, in avena octoginta sextaria et quatuor boissellos pro sexdecim libris et sexdecim denariis, in ordeo quadraginta sextaria undecim boissellos prodecem libris quatuor solidis et septem denariis. In caponibus triginta quinque et dimidium pro decem solidis et novem denariis. In gallinis triginta pro decem solidis. In ova quinquaginta octog. et decem septem pro quatuor solidis et novem denariis ; et duos fagos in plena foresta nostra de Brotonne capiendas ad placitum suum per liberationem forestarii quoque anno pro quinquaginta solidis redditus, de quibus fagis dictus Nicholaus, miles, et heredes sui suam poterunt plenariè facere voluntatem, salva costuma, quam dictus Nicholaus, miles, antea habebat ibidem. Item concessimus eidem pasnagium et pasturagium ovibus et bestiis suis in nostra foresta Montis Fortis. Item jus patronatus capelle Rotondemare.

Pro hoc autem excambio, dictus Nicholaus, miles, nobis dedit quadraginta sex libras, duos solidos et quinque denarios redditus assessos apud le Vieuz-Bort et apud Surrevillam in vicecomitatū Algie, videlicet : in denarios quatuor libras, novem solidos et quatuor denarios redditus ; unum boissellum frumenti pro duobus denariis ; decem capones pro quinque solidis ; sexdecim gallinas pro quinque solidis et quatuor denariis ; centum et decem ova pro undecim denariis ; unum molendinum apud Surevillam pro novem libris ; tresdecim acras terre et sexaginta quatuor perticas pro centum septem solidis ; clausum Lohout pro viginti quinque solidis ; gardinum de capella pro viginti septem solidis. Item fundum bosci juxta hayam de Teyl qui continet octoginta sexdecim acras, unam virgatam et

dimidium cum cachia et omnimoda justicia pro viginti quatuor libris et viginti duobus denariis. Item jus patronatus duarum capellarum apud le Viez-borc. Item dimisit nobis pasturagium et pasnagium que habebat in haya du Teyl et in foresta nostra Boneville. Et quia nobis constat quod dictus Nicholaus, miles, tenebat a Roberto Bertran, milite, dictum excambium nobis traditum ab eodem quod a modo in nostro dominico tenebimus ; volumus et concedimus quod ex que tradidimus eidem Nicholao Malesmains in excambium de predicto Roberto, milite, simili modo in omnibus sine contradictione quacunque de cetero teneantur recento in excambio predicto nobis spate placito cum pertinentibus ad placitum supradictum ; salvo jure nostro in aliis et jure quotcumque alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini milesimo ducentesimo octogesimo primo, mense julii. In cuius rei testimonium sigillum ballive Rothomagensis presentibus litteris apponere dignum duxi. Actum, anno predicto et mense septembbris.